



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De Theodosio pio imperatore. Cap. VII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

RERVM MEMO. LIB. X.

DE GRATIANO illustri imperatore.

Cap. VI.

**I**gitur Gratianus cū fratre admodū paruulo post Valentem quoq; Oriētis suscipit imperiū. Hic pius fuit ac religiosus, armis strenuus, velox in corpore, ingenio bonus, & plus verecundus, quā reipublicā intererat. Vnde & ad curā & administrationem rēgē Theodosium acuit, virum vtilem & armis maturum, Orientis ei procuratione p̄missa. Qui Gratianus post quam multa religiose & fortiter gessit, & à Maximo Britannorum tyranno perempius est, post se in occiduis partibus relinquit Valētinianum. Cuius interim mater Iustina Arriana persequitur ecclesiam, commīnans sacerdotibus exilia, nisi Arrianensia fusciant decreta. Sed & Ambrosium turrim aduersus hæreticos validissimam multa oppugnatione fatigat, quem & persuaso filioparat exilio condemnare, sed à populi incredibiliter amantibus Ambrosium impeditur. Qui Ambrosius aduersus reginam non se manu defensat ac telis, sed ieiunijs & obsecrationibus indeſinenter insistit, donec vindice deo, tyranno Maximo perurgente versa in fugam, cum filio exilium sortitur.

DE THEODOSIO pio ac religioso

imperatore.

Cap. VII.

**I**n terea Theodosius beneficiorum Gratiani memor, ad vindictam eius totis viribus Orientis insurgens, sanguinē iustū vlciscit, regnū recuperat, fidē catholicā restituit, quā Iustina violauerat, & inde ad Orientē regressus, sicut ab exordio regni precipitatis

## HAYMO DE CHRISTIA.

penitus idolis, pulsis hereticis, congregatis catholicis,  
in fide & religione & munificentia perseverat. Hic  
piam constituit legem, ut sententiae principum super ani-  
maduersione prolatae, in diem tricesimum ab execu-  
toribus differreretur, quo locus misericordie vel (si res  
tulisset) penitentiae non periret,

### Caput VIII.

**S**Vb codem tempore apud Laodiceam Apollina-  
ris episcopus, vir sane in ceteris instructus, here-  
sim generat, ex contentione afferens solum corpus,  
non etiam animam a domino in dispensatione suscep-  
ptum, & pro supplemento illius rationabilis partis,  
ipsum dei verbum fuisse prohibebat. Hinc descendunt  
Apollinaristae & heretici, proprias habentes sectas  
& dogmata. Tunc concilium Romae congregatur a Da-  
maso, & Petro Alexandrino, & damnatur Apollina-  
ristae, data hac decretali sententia, ut si quis filium dei  
humanitatis vel deitatis diceret minus aliquid habu-  
isse, ab ecclesia fieret alienus. Sed & Constantino-  
poli sub trecentis quinquaginta patribus, synodus ce-  
lebratur, in qua omnes heretici condemnantur.

Tunc Martinus Turonicorum Galliae ciuitatis episco-  
pus, multis miraculorum signis effulget. Tunc Hiero-  
nymus presbyter in Bethleem, imo toto orbe clau-  
rus habetur, de quo non sine magna admiratione su-  
spicio, quare in hac historica narratione a Rufino p-  
ermisus est insigniri, maxime cum ceteros illustres  
viros & contemporaneos suos nobilitauerit eloquio,  
qui vel impares ei fuerunt scientia, vel si pares aut  
superiores, certe omnimodo minus utiles ecclesiae.